

re dissimulabat. Lazarus in monumento peccatorum multis delictis fordidam figurat. Vbi sit sapiens Dominus interrogat, quasi ignoret locum; & valde lento gradu procedit, multumque cunctatur per tres dies colloquia, ac interrogationes interponit, vt ne reuoluto lapide fœtor, ac turpitudine hominis, in quo denotatur eius mala fama peccatorum euulgari possit. Domini enim ingenium est omnium deformitates cooperire, & nullius malefacta reuelare, & ideo vt indicet, quantum distet à criminum manifestatione, ostendit se locum ignorare, in quo hominis turpitudine, ac fœtor declarandus erat. E contra verò homines valde proni sunt ad euulganda aliorum scelera, & ideo citò, ac celeriter respondent. *Veni, & vide.* Veluti impatientes, vt se à propalatione peccatoris contineant. Vide multa in Indice verb. *Defectus*, hoc tom. 1.2. ac 3.

140. Hieron.

Virtus occultanda.

Magnitudo cum humilitate socianda.

141. 1. Cor. 11.

In magna zelitudine humilitatis. Remig.

142. Genes 32. Osee 12.

Iacob victor inferioris personæ agit.

D. Hilarius lib. 5. de Trinitate: *Quid est istud, ait, quod imbecillum oras, quod ab infirmo expectas? hinc cuius benedictionem rogas complexu tuo validior elidis.* Et cum tanto trophæo humilitatem connectit, vt ab eo benedictionis donum exquirat.

QVÆSTIO XVII.

Quare Christus Dominus lachrymatur?

**R**ESPONDET primò Beda: *Fleuit Dominus, ait, est hominum consuetudo charos suos mortuos lugere.* Idem docent D. Chrysofostomus homil. 62. D. Augustinus lib. 14. de Ciuitate Dei, cap. 9. Vt suum amorem erga Lazarum declararet, dolorumque conceptum ex eius morte, quo vt verus homo mouebatur, inde de hominum morte lachrymatur. Secundo. D. Ambrosius lib. 4. in Lucam in fine proemij. *Christus, ait, omnibus omnia factus est, pauper pauperibus, flens flentibus, esuriens esurientibus, sitiens sitiensibus, profusus abundantibus.* In carcere cum paupere est, cum Maria flet, cum Apostolis epulatur, cum Samaritana sinit. Flebant alij, vt vidit eos plorantes. Inde vt conformaretur aliis presentibus, etiam ipse lachrymatur, & plorat.

143. Beda Chrysof. August.

Ambros.

Conformandus cum alijs.

144. Zeno.

Ex Christi passione leuauerunt nostris laboribus.

Qualis homo proximo, talis illi Deus.

145. Rupert.

Mors, quæ, vita labor. Pelusiot.

146. Ambros.

Vt expulsa mala temporalia, purificata animam.

Sextò.

147. Arnoldus. Anima per penitentiam reuocatur in vitam.

Eligius.

148. Radulph.

Ericus.

149. Ericus.

Qui dat lachrymas, dat animum.

150. Chrysol.

Epiphan.

Luc. 22.

Ioan. 13.

Laurent.

151. Ambros. Euthym.

Pfal. 11.

Sextò. Arnoldus Carnoten. tract. de operibus sex dierum: *Dies in misericordia Deus, ait, magna voce quarridiano iam fœto clamat, Lazare, veni foras.* Infremuit, clamauit, & fleuit, immanis rationabilibus animis, quam sit efficax fletum pluuia, & penitentia tremor, & confessionis clamor: qua supplicatio non repellitur, imò ubinet veniam scelerum, & statim qui resurgit, ubi soluitur, conuocatur. Idem ferè habet D. Eligius homil. 4. de Cœna Domini: Vt Lazarum reuocaret in vitam tres actiones præstitit Christus in præfenti; Infremuit, clamauit, & fleuit. Vt denotaret modum, quo homo è morte, ac putredine peccatorum valeat resurgere in vitam, ac sanitatem animæ, si infremat, seu gemat tremore penitentia, si clamet confessionis ore, si flet, seu lachrymetur super peccata sua.

Septimò. Radulph. lib. 6. in Leuitic. *O potentia lachrymarum, ait, quæ ipsam fontem lætitiæ lachrymarum fecisti.* Vidit Iesus Mariam, & Iudæos plorantes, inde etiam ipse plorat, tanta est vis lachrymarum ad impetrandum, vt etiam ipsium gaudiorum fontem ad lachrymas valeant inclinare. Octauò. Lachrymatur ipse, vt lachrymas à nostris oculis delet, & expurget. Ericus Abbas ad illa verba: *Infremuit spiritu, & turbauit seipsum.* Sic ait: *O fremitus pietatis, o turbatio turbatorum, sublatur a mortuam, æternam prorogatur lætitiæ.*

Nonò. Idem Ericus: *Lachrymatur est, ait, quia sens pietatis erat, sed illa lachryma inexplebile gaudium erant paritura.* Dat lachrymas tanquam pignus certum restituendæ vitæ Lazari; qui enim sic applicabat animum, vt lachrymas super mortuum profunderet; cuiusdem etiam erat, quod animum applicaret in subsidium ad vitam dandam, cum posset, qui enim dat veras lachrymas, dat etiam animum in auxilium, quantum est sub potestate sua.

Decimò. D. Chrysologus ferm. 64. *Non quando, ait, plorantes vidit, tunc plorat Christus; sed quando interrogat; & in respondentibus videt, fidei nihil manere.* Dixit: *Vbi posuistis eum? At illi dixerunt, veni, & vide.* D. Epiphan. in Arcorato: *Lachrymatur est, ait, ob bonitatem obstinatum duritiam.* Lachrymæ illæ non sunt exortæ in Iesu, ex aliqua temporali calamitate, morte Lazari, vel ploratu circumstantium, sed nascebantur ex non creditum duritie, ac spiritali ruina aliquorum, qui videntes mirabilem suscitationem Lazari, non erant credituri: semper peccati aspectus Domino, ac sanctis magnas angustias infert: *Factus in agonia prolixius orabat,* Luc. 22. num. 43. *Quæ conspecto peccato Iudæorum, iuxta multos Sanctos veniebat, in Cœnaculo: Turbatus est Iesus spiritu, & protestatus, & dixit: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me,* Ioan. 13. num. 21. Ex viso peccato Iudæ angustia, & turbatio repleuit Iesus animum. D. Laurent. Iustin. lib. de triumphali Christi agone, cap. 5. *Quoniam, ait, proditoris animum inuaserat Satanus, omnemque statum pristina gratia euerterat, merito turbatur Iesus.*

Vndecimò. D. Ambros. lib. 2. de Pœnit. cap. 7. *Mouebatur, ait, misericordia, cum viderit in obitu lachrymas plorantium.* Euthymius: *Solent, ait, qui humani sunt, alios videndo lachrymantes, excitari ad misericordiam.* Ac proinde ex quadam teneritudine, ac pietatis affectu, cum viderit alios plorantes lachrymatur etiam ipse super eorum dolorem, ac tristitiam. Clamat Christus ad Patrem: *Deus meus respice in me,* Psal. 11. num. 1. Nunquid

Pater, qui omnia intuetur, oculos auerterat à dilectissimo Filio suo? Quid est, quod postulat ad se reuocari paternos oculos? Sic Christus traditus videbatur cruci, ac neci, tanquam si quodammodo Pater ab eo auerteret oculos. Euthym. ibi: *Solent enim, qui torribus quæpiam tradunt, oculos auertere.* Nam si viderent misericordia commouerentur. Valde pium est aliorum miseria tangi; sicut & multum durum nullo eorum dolore commoueri. Inter genuinos idololatriæ partus ponit Apostolus homines *incompositos sine affectione,* Rom. 1. num. 31. Græcus, *incompositos*, id est, incitiles, ac barbaris moribus deditos. Sine affectione, Græc. *Sine humanitate.* Qui enim ex aliorum dolore ad pietatem non inclinatur inciuilis; ac inhumanus est.

Euthym.

Rom. 1.

Græcus.

152. Cyrill.

Moderate in morte alterius flendum.

153. Eccles. 38.

Paulina. Luctus in morte vno die.

Seneca.

154. Gen. 23.

Cæstitudo animi aelaturatur in luctu moderato.

Philo.

D. Cyrillus Alexandr. lib. 7. in Ioan. cap. 20. *Erudit nos Dominus, ait, suis lachrymis, quoniam modo charos nostros, vita sanctos, moderatis, & lege rationis, temperatis lachrymis, flere debeamus.* Nam ex toto, nec conpati, nec morere, seruum est, & durum; horum vero exuberantia, muliebre. Idem habet D. Basilus homil. 4. de gratiarum actione. Non plorat Dominus statim, vt peruenit Bethaniam, nec quando loquitur cum Martha, & Maria, sed quando accedit ad monumentum Lazari, qui statim erat suscitandus, vt breuiter, & moderate lachrymandi modum in funeribus præscriberet.

Ait Salomon: *Fili in mortuum producit lachrymas.* Et postea subdit: *Anare fer luctum illius vno die,* Ecclesiast. 38. n. 17. Imperat lachrymas, moderate tamen vno die. D. Paulin. Epist. 35. *O diuitia bonitatis Dei, lachrymas in mortuum produci iubet: amaritudinem vero lugendi, vno tantum die claudit: illud porrigi sinens, quo relaxatur dolor, & anima respirat: istud vero precipiens, quod immoderato, & irrationabili cruciatu, mentem nostram conficit, quodque diutius fragilitas nostra non valet sustinere, vnde ait Seneca Epistola 99. Est enim aliquis dolendi decor, quemadmodum rebus ceteris, ita & lachrymis aliquid sat est.*

Mortua Sara in ciuitate Hebron: *Venit Abraham, vt plangeret, & fletet eam, cumque surrexisset ab officio funeris,* Gen. 23. num. 2. Dicitur, quod venit, ad officium scilicet funeris ad vngendum, nempe cadauer, & quod futurerit ab ipso officio. Non tamen dicitur, quod immoratus sit, cur per plures dies non perseuerat in plactu dilectissimæ vxoris? Præ amore officium funeris persoluit, prudentia tamen scit modum habere in plactu, & non longas trahere moras. Maximè notandum est id, quod filij Heth ei dixerunt adimpleto officio funeris: *Audi nos Domine princeps Dei es apud nos,* ibidem num. 6. Quid agnouerunt in Abrahamo, vt Dominum, ac principem Dei appellent? viderunt, quod fleuit, vt humanitati non deesset; temperauit verò se à lachrymis, vt celsitudini, ac magnanimitati principis decens erat. Philo Hebr. lib. de Abrahamo: *Optimates conuenerunt, ait, ad eum officij gratia, cum nihil viderent eorum, quæ apud ipsos in luctu fieri solebant; in hanc vocem erumpunt, Rex à Deo inter nos.* Cum viderint moderatum fletum, regem à Deo datum dicunt.

\* \* \*

QVÆSTIO XVIII.

Quare Christus, qui solum fleuit in cruce, vel super ciuitatem, etiam nunc super Lazarum lachrymatur, eum reuocaturus in vitam, de cuius morte gauisus fuerat?

155. Luc. 19. Radulph.

IDENTS Iesus ciuitatem fleuit super illam, vt scribit D. Lucas cap. 19. num. 41. quod ponderans Radulphus Flauiacens. lib. in Leuitic. cap. 14. ait: Nusquam Dominum Iesum lachrymantem reperies, nisi hic cum Mariae ploranti compatitur, seu cum misera ciuitatis excidium prænuntiasse refertur. Adde etiam, quod Dominus fleuit in cruce, cum causam salutis humani generis ageret; vt ait Paulus: Cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est, ad Hebr. 5. num. 7. Quid est quod pro omnium salute, ac pro excidio miseræ ciuitatis, & pro Lazaro deplorat Dominus: tam pro omnibus, quam pro vno pretiosissimus fons lachrymarum aperitur, vt fieret cunctis patens, ac manifestum, quod tot amoris signa, ac monumenta paratos erat pro vno; ac pro vna ciuitate, & etiam pro omnibus exhibere, sic illi chara erat vna ouis, ac totus grex. Pro quo ait D. Bernard. ferm. 68. In quo multi audent, audet & vnus, quod habet in natura simplicissima sponsi diuinitas, quasi vnum respicere multos, & quasi multos vnum. Vide supra cap. 26. num. 40.

Hebr. 5.

Charitas Christi idem exhibet pro omnibus, ac pro vno.

Bernard.

156. Ratio dubitandi.

Secundò. Inquirat quæstio. Quid est quod Christus Lazarum reuocaturus in vitam lachrymatur, qui tamen cum eius mortem discipulis suis annuntiat, ait: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos? De Lazari lethali langore gaudet Christus, & de eius reuocatione in vitam lachrymatur.

157. Chrysol.

Pulchrè D. Chrysol. ferm. 64. Certè ipse, qui dixerat, ait, Lazarus mortuus est, & gaudeo: de quo gaudet mortuo, ipsum cum resuscitat, tunc lamentatur: qui cum amittit, non flet; cum recipit, tunc deplorat, tunc fundit mortales lachrymas, vita spiritum cum refundit. Ad quid tendit huiusmodi gaudium in morte, luctus in reuocatione vitæ? Primò vt significaret propter mortis commodum gaudendum, propter vitæ pericula lachrymandum. Secundò, vt denotaret gaudia citò perire, & erumpere in lamenta: breue gaudium lachrymis tributarium est; ante biduum moderatè gauisus est, & tam citò largas lachrymas effudit, gaudij appendix, ac consequentia, tristitia, ac angustia est: sic dicitur Prouerb. 14. num. 13. Risus dolore miscetur, & extrema gaudij luctus occupat.

Gaudium luctui tributarium.

Prou. 14.

158. Chrysol.

Tertiò. D. Chrysol. citato ferm. 64. Quis ergo, ait, ex humana infirmitate existimet hic fleuisse Christum, cum Cælestis Pater luxuriosum filium, non quando abiit, sed quando recipit, tunc deplorat? Christus recipiens fleuit Lazarum, non amittens. Pro cuius intelligentia suppono ex Philosopho. Quod lachrymæ nascuntur, vel ex mœrore, vel ex gaudio: Mœroris lachrymæ ad infirmos, & pusillos spectant, ad fortissimos vero, ac validissimos illæ lachrymæ pertinent, quæ sunt ex gaudio, ac triumpho. Ad mentem Sancti Patris componit ipse duas Diuinas personas, Patrem, &

Filium; ille amisit filium luxuriosum, qui abiit, & profectus in regionem longinquam dissipauit substantiam suam, & tunc non dicitur, quod Pater lachrymas effuderit. Amisit & filius intimum amicum Lazarum, & tamen ipsum non luget, sed potius gaudet. At quando Diuinus Pater filium excipit à malo peccati excitatum, tunc multa tenentitudine, ac osculis deflet: Non quando abiit, sed quando recipit, tunc deplorat. Sic & Christus cum prope est vt Lazarum è mortis tenebris excitetur, tunc ipse in fletum prorumpit: Quid est quod Pater, & Filius, quando prodigum conuersum, ac amicum amissum recipiunt, lachrymas emittunt; numquid vterque fletus ab infirmitate exoritur? Minimè. Neuter deplorat pro re amissa, sed pro illius reſtauratione, ac recuperatione. Neuter lachrymatur pro damno, seu vulnere accepto, sed pro triumpho à culpa, vel morte obtento; sicut enim ab infirmis, ac pusillis lachrymæ profiliunt pro clade accepta: sic à fortissimis scaturiunt pro triumpho, & gaudio; nam lachrymæ proueniunt ex tristitia, & gaudio; ex tristitia ad paruos spectant; ex gaudio ad magnos pertinent.

Fortissimorū lachrymæ nō pro clade, vel pro triumpho fiunt.

Quartò. Gaudet Christus de morte Lazari, cum videat eam esse pro Dei gloria, quæ ex ipso suscitato erat ab omnibus proclamanda. Vnde ipse dixit: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Nunc vero lachrymatur, cum ad Patrem exorandum accederet. Infra n. 41. Pater gratias ago tibi, &c. Vt nos doceret orationem ex lachrymarum imbre efficaciorē, ac vehementiorem reddi. Pendebat Iesus in cruce, vt morte, ac passione sua nobis reconciliaret Patrem, tamen cum pro inimicis exorat. Pater ignosce illis. Cum lachrymis exorat, vt ait Paulus ad Hebr. 5. num. 7. Preces, supplicationesque cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Ad impetrandam veniam nostrorum delictorum abundantissima erat eius mors, passio, ac sanguinis effusio, ad quid adduntur lachrymæ? vt nobis fieret documentum, quod oratio ex lachrymis valde efficax, ac præpotens sit.

159. Oratio cum lachrymis valde efficacax.

Hebr. 5.

Luctamen illud Iacob cum Angelo exponit Oseas Propheta de oratione cap. 12. num. 4. Fleuit, & rogauit eum. Vt benedictionem obtineret, non solum orauit, sed etiam fleuit, dans subsidium, ac patrocinium orationi ex lachrymis. Sic Dauid, qui valde peritus erat in precibus, ac Psalmis, eis tamen addebat in patrocinium fletus. Lachrymis meis stratum meum rigabo. Psalm. 6. n. 7. suam orationem lachrymis, ac sacco armabat Dauid. Quod eleganter depingit Saluianus lib. 2. de gubernat. Dei. Totum regem, ait, Dauid cum ornatus suis abiicit, prouidum penitentem cum patrocinio ambitiosi squaloris assumit, ieiunio excigitur, ariditate siccatur, fletu effunditur, solitudine carceratur. Expende verbum cum patrocinio ambitiosi squaloris. Vbi ambitio, ibi magnus, & vehemens affectus ad assequendum; oratio munita lachrymis, ac squalore valde efficaciter desiderata negotiatur.

160. Ose. 12.

Psal. 6. Oratio à lachrymis patrocinatur. Saluian.

Ioan. 5. n. 38. Iesus ergo rursus fremens in semetipso venit ad monumentum: erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei.

Num. 39.

Num. 39. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat: Domine iam fuerat: quatruiduanus est enim.

Num. 40. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam si crederis, videbis gloriam Dei?

vel postea, incertum. Origenes, & Rupertus ante amotum lapidem, ne mortui fœtor illum offenderet. Theodorus Mopsuest. Andreas Cretensis post reuolutum lapidem, cum fœtor se diffunderet. Quo verò animo hæc dixerit Martha: dubitatur. Origenes, D. Cyrillus, Rupertus, Beda existimant Martham id suggerere, ne Christus deformitate, ac fœtore Lazari mortui offenderetur. D. Cyrillus ait, quod ex verecundia erubescunt homines mortuos suos fœtidos, ac incompósitos videri. D. Chrysol. Theophyl. Euthym. Leont. Alb. Magn. Maldon. Tolet.

Origenes. Rupertus. Theodor. Cretensis.

Cyrrill. Chrysol. Theophyl. Euthym. Leont. Alb. Magn. Maldon. Tolet.

VERSIONES.

Syriac. n. 38. Iesus verò cum infremuisset intra semetipsum: tum venit ad monumentum: erat autem spelunca, & lapis erat eius impositus ostio.

Euthymius. Erat autem spelunca, & lapis impositus super eam.

Lucas Burg. Superiacebat ei lapis. D. Augustin. Remouete lapidem.

tr. 49 n. 39. Syriacus. Domine mi iam fuerat, quatuor enim dierum est.

Vatablus, Theophyl. Domine iam olet.

Arabicus. Quoniam habet quatuor dies.

Vatablus. Quod si crederis, visura es gloriam Dei.

163. Chrysol. Theophyl.

Vincitur diabolus instrumento, quo vicerat.

Chrysol.

EXPOSITIO XI.

161.

ESVS ergo. Hæc particula ergo illationem denotat, ex antecedentibus, ex incredulitate nempe Iudæorum: Non poterat hic, qui aperuit oculos, impotentia Domini tribuebant, quod Lazarus esset mortuus, contra hanc eorum perfidiam infremuit, & indignatur, quia vt ait Toletus fremitum ingeminans, quia Iudæi infidelitatem geminatur: Infremuit in semetipso. Idem est, quod supra Euangelista dixit: Infremuit spiritum in semetipso. Hoc est, intra seipsum continuit fremitum, & indignationem, non enim determinatè aduersus aliquem astantium ferebatur, sed in genere aduersus infidelitatem; ac perfidiam illam Iudæicam: Erat autem spelunca. In quo de more Iudæorum multa sepulchra existebant, vt notant Albertus Magnus, Carthusian. Lyran. & alij: Et lapis superpositus. Clarius Syriacus: Et lapis erat eius impositus ostio.

Tolet.

Alb. Magn. Carthul. Lyran. Syriacus. 162.

Ait Iesus: Tollite lapidem. Qui magnus erat, & multorum ope auferendum. Vt videntes Lazarum mortuum, & fœtidum maior fieret evidentia miraculi, dicit ei Martha. Non Maria, quæ contemplationi erat dedita, sed Martha, quæ magis in exterioribus occupabatur, ac proinde est sancta tardior erat ad percipiendam illa, quæ ad vitam spectabant, vel quia cum esset senior maiorem habebat audaciam dicendi: Iam fuerat, quatruiduanus; id est, à quatuor diebus sepultus. An verò Martha hæc dixisset ante sublatum lapidem,

Dixit ei Iesus: Nonne dixi tibi si crederis? Vt ait D. Chrysol. Propè modum arguens tanquam oblitam. Theophylact. Vt malè memorem increpans. De his, quæ Christus dixerat num. 4. Infirmitas hæc non est ad mortem: sed pro gloria Dei. Et n. 23. Resurget frater tuus. Et n. 25. Ego sum resurrectio, & vita, &c. Et cum ait Dominus; si crederis, eam etiam maximè excitat, & prouocat ad fidem vt fratrem viuum mereatur videre. Et cur tam vehementer requirit Christus fidem mulieris? Vide Diuinum ingenium in diabolo vincendo, hic per mulierem hominem impulit in mortem, ac sepulchrum, ideo aduocaturus hominem in vitam, mulieris fidem requirit, vt à muliere deditur hominis libertas, à qua quondam captiuitas illata fuerat. D. Chrysol. ferm. 64. A muliere, ait, perfidiam fugat, ad mulierem reuocat fidem, vt qua fuit perditionis obsequium; salutis eadem sit ministra.

QVÆSTIO XIX.

Quare Christus mandat tollere lapidem, quem verbo suo poterat leuare, cum Iacob lapidem per seipsum amouerit à puteo?

AVLATIM procedit Christus in hoc negotio. Accedit, loquitur cum Martha, & Maria, & qui omnia sciebat, de loco interrogat, Vbi posuisti eum? Et qui imperio suo cuncta gubernat, mandat tollere lapides, vt miraculi præsentis instrueret, vt pedetentim ad perfectiora, & maiora procederēt. Mandat tollere lapidem, qui nullo impulsu, ac tactu eam poterat amouere, vt qui tollerent lapidem, & cæteri, qui aderant, iacentem in sepulchro Lazarum cernerent, fœtorem mortui quatruiduani perciperent, & ex tumultu patenti, ac aperto resurgentem intuerentur, vt ita ipsi testes fierent miraculi. Hæc est communis omnium ratio D. Chrysol. Euthym. Bedæ, D. Cyrilli, Leontij, D. Thomæ, & Alberti Magn.

164. Paulatin ad magna procedendum.

Chrysol. Euthym. Beda. Cyrrill. Leont. D. Thom. Alb. Magn.

Secundò. Theophylact. Tollite autem, dicit, lapidem, vt illi testes fiant miraculi. Nam & adesse

165. Theophyl.